

182
139
Regi Hispaniarum pro liberandis Provin-
ciis Ducis Juliacensis.

Rudolphus p. Serenissime. p. Exponi nobis curavit
per Legatos suos ad Nos his dictis, missos Ill. ^{ms} Guilielmus
Dux Julia, Nivida et Montium, cognatus, affinis
& Princeps noster charissimus, eam esse in presenti
ditionum suarum, quae ditionibus S^{ts} V^{ra} Belgicis
proxima sunt, statum, ut ad extremam redacta
miseriam, tot tantisque pressa calamitatibus, quae
i pergrassante plurimos jam annos, non tantum
eorum, qui per duellibus S^{ts} V^{ra} subditis adherent,
sed quam maxime ipsorum S^{ts} V^{ra} militum im-
pulsu, sevitia infeantur, ut respirare vix
possint, non enim villas tantum aut pagos in
agro, quod leve forte videri possit, quanquam per
se gravissimum est, sed et arces et oppida, imo
templa passim et Monasteria, si ut nihil tam sa-
crum, quod non profanatum fuerit, integras
ditiones diripi, incendi adeoque ad solitudinem ac
vastitatem vocari, aut occupata teneri atque usur-
pari. De qua re graves quidem diversis tempori-
bus ad diversos S. Imperii conventus et ad Nos
ipsos perlatae fuerunt querelae. In presenti vero
cum neque querelis suis neque literis nostris aut Mi-
nistris, qui ea de re ad S^{ts} V^{ra} locum tenentem
ac Rei militaris praefectos, missi fuerunt, quicquam
allevamenti impetratum videat, adeoque familiarem
quendam suam in Hispaniam ad S^{ts} V^{ra} qui
his tantis malis remedium adhiberi petat, mittendum
duxerit. Nos etiam ut literis nostris hoc negotium
S^{ts} V^{ra} pro summa rei necessitate, comen-
dare non gravemur rogavit, non volumus neque
potuimus imo neque debuimus id Principi meritis-
simo nobisque et inclite Domui nostrae omni ne-
cessitudine conjunctissimo negare. Quamobrem
Nos, quibus Imperii gubernacula a Deo concessa

sunt, quibus precavere quantum in Nobis est, tenemus,
ne quid Imperium aut Imperii membra detrimenti
capiant, calamitates illarum provinciarum, quae in non
leve totius Imperii detrimentum vergant, miserante
pro nostri officii cura. Item peram rogamus, velis
postquam iis, quae hactenus adhibita fuerunt, nihil
effectum sit: si serio mandare suo in Belgio locum
tenenti, aliisque copiarum, sive equestrium, sive pe-
destrium duibus et praefectis, ut dicti Principis, qui
nulla in re contra Item peram aut ejus dignita-
tem egerit, provincias ita tractent, ut illum pro
Amico, qualis est, haberi constet, utque non solum
a damnis ac maleficiis deinceps inferendis absti-
neant, sed etiam ut quae illata hactenus fuerunt
compensent ac faciant, quodque occupata tenent
loca restituant, ac missa faciant. Sic n. Status
peram quae se digna sunt, statuet, et provinciarum
suarum provinciarum confinem adeoque vicinas
Imperii Principes, qui ut ante querelis conjunxe-
runt, sic jam preces conjungunt eo sibi beneficio
magnopere devincti. Nobisque gratissimum erit
si hoc Principi Patri in ultimum senectutis solati-
um; si Principi filio successor, qui singularem
non tantum erga nos et Imperium, sed etiam
erga Ser.^{tem} peram pro se observantiam, pron-
tissimamque et inflexibilem voluntatem fert,
Nobis hortantibus ac petentibus datum fuisse intelli-
gamus. Si enim provinciam illam post omnia
tentata remedia, ab his tantis oppressionibus
liberari contingeret, permittendum tandem esset
pro eo, quod Nobis incumbit, munere, ut et ipsi
et vicini Principes tum Rhenani, tum Westpha-
lici circuli eas sese suorum foederatos defendendi
rationes ineant, quae varia secum et gravia
adferre incommoda possint, de quibus fortasse
jam ante cogitarent. Sed quod impedirendum Item
peram

183
vram equitatē locum daturam planē confidimus.
Quod reliquum est, item vram prosperissima in multis
annis valetudine ac felicitatis rerum omnium
successibus frui ex animo optamus. Dat. Praga.
12. Sept. 1589.

Ad Don. Felicem de Arragonia
Praefectum praedij Hispanici
Civitatis Plumbinens.

135

Rudolphus. Nobilis et intelleximus nobilem nostrum ex Sac.
imperij fidelē, dilectum Alexandrum Apicianum Plumbini
Dominum a nefariis ac felleratis quibusdam hominibus vix
per oppressum ab interfectione esse. Quod quoniam perse
factum atrox est ac indignum, graviter sanē ac molestē ac
cipimus. Miramur autem, cum ea res tibi omniumq. optimē
cognita est, potuerit nihil planē absteignificatum esse,
quod pro ea qua nobis cum Sereniss. Imp. Hispan. Cathol. a.
vinculo, fororis ac fratre nostro charissime, cuius in partes
istae sententiae intercedit conjunctione certissime expecta
bamus. Cum igitur nihil adhuc antequam de toto negotio plen
ne edocti simus, de regimine est quomodo id institui vix
posterum velimus, decernere possumus, ea propter ipsi civita
tis Plumbini. Nuper tamen mandamus a tunc in iungimus, ut ius
justitiamque nomine nostro per eodem per quas dicto Ale
xandro Apiciano vivente administrabantur, donec ulterius
voluntatem declaramus nostram dominatorem in huiusmodi
inceptari permittatur, quemadmodum in exadunato videbis
exemplis. Quodcum illi curatores sint, nihil abste mole
stia vel impedimenti adhibendum confidimus, quod etiam be
nigne requirimus. Ut vero etiam de facinore ipso quomo
do et a quibus perpetratum sit, quatenus constent accurate
ad nos quamprimum referbas, te clementer hortamur
et commonefacimus. Facturus in eo rem te dignam
et Nobis gratam, quam gratia nostra Cesa. p. occasionem
benigne agnoscamus. Dat. Praga 3. XVII. Octob. a. 1589.

Mandatum patris ad civitatem
Plumbinam, ne interfecto Alexan
dro Plumbini Domino quic
quam inaevetur.

136

Rudolphus. Universis a singulis nostris et Sac. imperij